

beo ut suprascripta Ota filia mea meae fidei commissaria det indumenta et calciamenta dum vixerit ad Frixam filiam meam sororem filius. Qd. si contigesit, qd. absit, qd. suprascripta Ota filia mea, meae fidei commissaria moriretur ante prefactam Frixam, volo ut filii suprascripte Otae filie meae, meae fidei commissaria debeant dare vestimenta et calciamenta ad suprascriptam Frixam filiam meam, donec ipsa vixerit. Dimitto presbitero Vitali patrino meo spirituali lib. den. ven. quinque. Volo ut octingente misse cantentur pro anima mea. Dimitto Stanam ancillam meam liberam et dimitto ei culcitram unam, et capitale unum et coopertorium unum, et rogam unam, et crosinam unam meam de vulpibus coopertam de bruna et unum meum mantellum et unum seclum et unum lavezium et unam catenam, et unam arzellam, et insuper lib. den. ven. viginti septem quas volo ut Joannes Miliano compater meus ei det, atque deliberet. Dimitto ad Galliziam lib. den. ven. quinque, quas volo q. suprascriptus compater meus Johannes Miliano ei det, et insuper dimitto eidem Galliziae suos drapos. Dimitto eidem spscepto Johanni Miliano compatri meo unum meum coopertorium de samito; debet mihi dare spsceptus Marinus Justinianus gener meus lib. den. ven. centum de collegantia, de quib. est carta, debet mihi dare spfseptus lib. den. ven. ducentum quadraginta. Debeo dare scholae meae lib. den. ven. decem per deganum, quas volo qd. spfsepta mea fidei commissaria det. Habet etiam ipse compater meus Joh. Miliano unum meum anulum cum smaraldo, Domina Maria uxor mea habet unam noscam per lib. ven. quinquaginta p. suam repromissam et insuper habet unum vestimentum de samito et anulos novem. Habeo septem coclearias de argento optimas et alias duas de argento. Similiter habeo duas cupas de argento unam sculptam cum Apostolis, aliam puram de argento. Prefactam namque cupam cum apostolis porto mecum ad monasterium, aliam vero cupam puram dimitto sprascepto Marino Justiniano dilecto genero meo. Habeo crucem unam de aureo habentem intus lignum Domini et Bullam de auro in modum Ycone cum ipsa cruce et porto eandem crucem mecum ad monasterium... Ex istis novem cocleariis duas dimitto ad Armelendam neptem meam et alias duas dimitto ad Mariam aliam neptem meam. Ad Matheum nepotem meum dimitto duas coclearias. Habeo unam piscayram cum illis de sancto Zaccharia quam dimitto cum suo reditu suprascriptis nepotibus meis.